



## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 191. Ordo Fratrum Joannis de Deo institutus, & ille Scholarum piarum a  
Sede Apostolica approbatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

**Sæc. XVII.** que auctoritate die decima quarta Junii  
**A. C. 1617.** anno priori firmabat: in secundo tamen  
 articulo ad præfatam renuntiationem  
 simul omnium Regni Ordinum consen-  
 sum esse requirendum declarabat: ad  
 nonum vero adjunxit, quod Catholici  
 a cura Templi non excludantur, nec  
 non claves ad omnem Ecclesiæ suppel-  
 lectilem etiam Parochus habeat.

## §. CXCI.

*Ordo Fratrum Joannis de Deo in-  
 stitutus, Et ille Scholarum pia-  
 rum a sede Apostolica ap-  
 probatus.*

*Franc. Ca-  
 strovit. S.  
 Joann. de  
 Deo Bullar.  
 Magn. Const  
 101. Et 103.  
 Pauli V.*

**H**oc item anno Congregatio Fratrum  
 Joannis de Deo ad suscipiendos &  
 fovendos pauperes infirmos etiam Ro-  
 mæ instituta est. Hic Ordo jam a Pio  
 V. Constitutione, quæ incipit: *licet ex  
 debito* &c. Anno Domini millesimo quin-  
 gentesimo septuagesimo secundo sub Re-  
 gula Sancti Augustini confirmatus fuit,  
 & Paulus V. hoc anno die decima ter-  
 tia Februarii hanc Congregationem in  
 veram Religionem sub tribus votis so-  
 lemnibus erexit, & die decima quinta  
 Aprilis Apostolico diplomate, cujus  
 initium est: *Ea, quæ pro* &c. ejusdem  
 Constitutiones pro prospero hujus Con-  
 grega-

gregationis Regimine conditas appro- Sæc. XVII.  
 bavit. Idem quoque Pontifex die sex- A. C. 1617.  
 ta Martii hoc anno Congregationem  
 Clericorum Pauperum Matris Dei  
 Scholarum piarum ad pauperes pueros  
 pie & absque ulla mercede instituendos  
 atque erudiendos erexit : quocirca  
 passim *Paulina* vocabatur *Congregatio*,  
 postea eam Gregorius XV. die decima  
 octava Novembris anno Salutis nostræ  
 millesimo sexcentesimo vigesimo primo  
 approbavit, atque in veram Re-  
 ligionem solemnii votorum sponsione  
 erexit : Innocentius X. anno post Chri-  
 stum natum millesimo sexcentesimo  
 quadragesimo octavo decrevit, ut hujus  
 Congregationis Alumni nullis Religio-  
 forum votis adstricti ad normam Sacer-  
 dotum ex Congregatione S. Philippi  
 Nerii viverent, quamvis postea Cle-  
 mens IX. anno Incarnationis Dominicæ  
 millesimo sexcentesimo quinquagesimo  
 nono rursus hanc Congregationem ad  
 pristinum Religiosorum statum revoca-  
 rit, uti testatur Clemens X. in suo di-  
 plomate, quod incipit : *Cum felicis re-  
 cordationis &c.*

§. CXCII.

*Alicæ Pauli V. Pontificis Consti-  
 tutiones.*

U u 2

Idem